



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

Coloniae Munatianæ, 1665

Privilegium Cæsareum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](#)



PRIVILEGIUM CÆSAREUM.

LEOPOLDUS Divinâ favente clementia Eleitus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniae, Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, Sclavoniae, &c. Rex, Archidux Austriae, Dux Burgundiae, Styrie, Carinthiae, Carniolae & Wittenbergae, Comes Tyrolis, &c. Agnosimus & notum facimus tenore presentium Universis, quod cum nobis nostrorum & Sacri Imperii sincere electorum Emanuelis König, ejusdemq; filiorum Bibliopolarum Basiliensium nomine humillime expositorum fuerit, quem in modum boni rei litteraria publici intuitu Corpus Juris Canonici, cum notis Pauli Lancellotti (in cuius editione possessione jam à quinquaginta, & quod excedit, annis ipsi cum Antecessoribus suis fuerint) novo typō non absque levi facultatum suarum impendio in lucem dederint, vereantur autem, ne alii per sacrum Romanum Imperium Typographi non solam sē in liberā ejusdem distractione atque venditione perturbent, verum & quæstus causā eandem editionem suam magno sane suo dispendio imitentur, prælo committant, distrahabant atque veniūdant, humiliime supplicando, ut hac in parte non indemnitati solum sīc benignè consilere, sed & ipsos contra omnem fraudem ac iniçum aliorum quæstum peculati super eodem Corporis Juris Canonici, cum notis Pauli Lancellotti privilegio impressorio præmunire dignaremar: Nos re in Consilio nostro Imperiali Aulico mature deliberata coruندem aquis precibus omnino annuendum censuerimus: prout tenore presentium ex certâ nostrâ scientiâ, animoq; bene deliberato ac de Cesarea nostra potestatis & authoritatis plenitudine benignè annuimus, omnibus & singulis Typographis, Bibliopolis, Bibliopegiis aliisq; quibuscumque rem & negotiationem librariam exercentibus mandantes, firmiterq; inhibentes & vetantes, ne quis eorum, preter predictum Emanuelem König ejusdemq; filios & heredes, predictum Corpus Juris per quinque annorum spaciūm à die h̄arum nostrarum computandum, intra Sacri Romani Imperii, Regnorumq; Provinciarum ac Dominiorum nostrorum hereditariorum fines, simili vel alio typō & charactere vel etiam formâ, in toto, sive in parte recudere vel alii recudendum dare, vel alibi etiam impressum importare, adducere, vendere, aut distractare clani vel palam citra consensum predicti Emanuelis König ejusdemq; filiorum & heredum ausit presumere. Si quis autem fecus faxit, & interdictum hoc nostrum temerario ausu negligere aut transgredi non fuerit veritus, is non solum hujusmodi libris perperam quippe recusis atque importatis (quos quidem antedicti König ubiunque deprehensos sive propriâ auctoritate, vel Magistratus loci illius auxilio apprehendere & sibi vendicare poterunt) de facto privari, sed decem quoque marcarum auri puri, ex semisse Ærario & Fisco nostro Imperiali, ex altero vero semisse sapè memoratis König eorumq; hereditibus omni sive via præcisâ pendendarum multam dare damnas esto: dummodo tamen quaterna ad minimum exemplaria ad Cancellariam, & unum insuper ad Consilium nostrum Imperiale Aulicum transmissum fuerit. Mandamus ergo universis & singulis nostris & Sac. Imperii, Regnorumq; & Provinciarum nostrarum hereditariorum subditis, cujuscunq; statutus, gradus, ordinis, dignitatis, conditionis, aut fortuna existans, tam Ecclesiasticis quam secularibus, præsertim vero iis,

qui

PRIVILEGIUM CÆSAREUM.

qui in Magistratu constituti, vel proprio, vel superiorum suorum nomine & loco juris & justitiae administrationem exercent, ne quenquam privilegium hoc nostrum Cæsareum temere & impunè transgredi, aut violare patientur, quin potius contumaces, quos compererint, prescriptâ pœna plecti, aliuq[ue] modis idoneis coerceri carent, quatenus & ipsi eandem multam pendere noluerint. Harum testimonio litterarum manu nostra subscriptarum, & sigilli nostri Cæsarei appensione munitarum, quæ dabantur in Civitate nostra Viennæ, die secunda Junii Anno Domini millesimo sexcentesimo sexagesimo quinto, Regnorum nostrorum, Romani septimo, Hungarici undecimo, Bohe-mici vero nono.

Leopoldus.

L.S.

Wildericus Baro de Walder-dorff V. Cancellarius.

Ad Mandatum Sac. Cæs. Majest. proprium

J. Walderode.

GRE GO-